Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et Epimachi solemnia colimus, eorum apud te in
tercessionibus adiuuemur. Nicomedis.
Deus qui nos beati Nicomedis martyris tui
meritis et intercessione letificas, concede
propitius, vt qui eius beneficia poscimus, dono tue
gratie consequamur. Marcellini.
Deus qui nos annua beatorum martyrum
Marcellini et petri solemnitate letificas,
presta quesumus, vt quorum gaudemus meritis pro
uocemur exemplis. Erasmi.
Deus in cuius virtute beatus martyr et pon
tifex tuus Erasmus, omnia tormen
torum genera superauit, fac nos qs eius interue
nientibus meritis, cunctas insidias hostis nostri insi
dias superare, et a pauptate et morte perpetua
liberari. P. Bonifacii.
Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorum
Bonifacii sociorumque eius natalitia coli
mus, virtute quoque passionis imitemur. P dnm.
Hac nos quesumus Primi et feliciani,
domine sectores tuorum Primi et feliciani
semper festa sectari, quorum suffragiis protectio
nis tue dona sectamur. Barnabe.
Deus qui nos beati Barnabe apli tui